

quam docentes. Nulla facultatum superiorum est integra. De suc-  
cessore D. Kimedonci, amici mei, consilia haec in aula agi-  
tata sunt, et ajunt Jurium ex Batavia revocari: Sed praevidet  
majoris alicujus mutationis semina jacta esse: quanto Aca-  
demia bono, dies docebit. Nolim ego implicari. His diebus Aca-  
demici rescriptum aulae acceperunt de sacis revocando ad Pro-  
fessionem Codicis. Medicum solum h. Inetium, nunc Lectorem  
habent. Gravio Ambergae absente cum aula et vacante loco  
Obispoei defuncti. Ambergae ut hoc addam, pridie Calend. Sept.  
duo Mentores Ubiquitarij, Schopperus et Codomannus propter  
tribunitias contumelias et varias contumelias in Principem loco  
moti, et ditione cedere jussi sunt. Vale. Saluta ex me tuis  
Collegas, amplexibus M. Timplerum. Salutant Te. D. Bedag,  
et Collega mei M. Kreij et M. Keckermannus. Heidelbergae  
X. Septembrij Anno Domini 1597.

296)

Reverendo et Clarissimo viro

D. Davidi Pareo D. Theologiae Doctori  
et illustris Collegii Sapientiae Altsissimi  
et Consiliario Archiepiscopali

S. P. Clarissime D. D. amice observande. Cum ex man-  
dato illustrissimae aeternae Principis prospiciendum  
sit secundo loco in Theologica Facultate vacanti:  
et vero conveniat ut nobis de voluntate eorum con-  
stet, quos nominare volumus: rogamus, ut significes, an  
tibi gratum sit futurum, si te cum alio quodam, juxta  
leges Academiae ad locum illum vacantem nominemus.  
Quod si nobis de tua voluntate constiterit, poterimus cum collegis  
nostris absentibus amplius de hoc negotio conferre. Vale optime,  
et quam primum fieri potest mentem tuam nobis aperi: et habebis  
nos ad humanitatis officia tibi praestanda praeritos et paratos.  
Die 14 Febr. Anno 1597.

T. Henricus Inetius  
prorector

Clarissimo viro